



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurget ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 2. Aegris & moribundis non imponenda magna paenitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

peccatis comiveant & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Ex quo non ritè munere suo fungi probat Manuductio, qui gravium peccatorum reis non nisi E. G. quinque Pater & Ave ad satisfaciendum imponunt. Si enim id non sit levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungere, nescio si aliquos Tridentini Patres reprehendant. Attamen hic iterum sese opponit Appendix, aut sese oppondere fingit Contra, inquit num 277. hoc passim & promiscuè fieri improbamus: sed cum aliquibus sic agere expedit: oportet aliquando misericorditer condescendere fragilitati hominum, qui majores pœnitentias non implerent, potius eligendo ipsos mittere ad purgatorium, quam ad infernum.

§. II.

AEgris & moribundis non imponenda magna pœnitentia.

AN, quando, aut quomodo pœnitentium infirmitati debeat vel possit condescendi, non inquirit Manuductio, dumtaxat generalem profert doctrinam, quæ in assertis terminis procul dubio

bio vera est, sicut vera est illa Tridentini: quam proindè immeritò Appendix dicendo, *contra*, videri vult reprehendere; non enim illi contrarium est quod subjungit: sed cum aliquibus sic agere expedite: fieri id potest uti E. G. nonnunquam *cum* ægris aut moribundis, quibus ut mandat S. Pontifex Leo, *nec satisfactio interdicenda* Epist. 91. *est, nec reconciliatio deneganda*, quanquam & ipsis plerumque adhuc alia imponi potest, nempè ægritudinis & cruciatuum molestiarumquæ inde provenientium sustinentia, imo & ipsa mortis, si contin- gat, perpeffio.

§. III.

Quos post gravia crimina sola voluntatis pertinacia vel ignavia impedit à satisfactione, non ita sunt tractandi ut ægri vel moribundi.

AN verò cum iis id expediat, qui sani sunt & quos gravium peccatorum reos à pleniori satisfactione non impedit, nisi propria voluntas aut mentis ignavia, non facile dixerim. Vult enim Deus sibi satisfieri, vult peccatores post Baptismum lapsos non modicos pœnitentiæ labores subire: *Convertimini, Ioël cap. 2.* inquit, *ad me in toto corde vestro, in jejunio &*

m pœni-
progra-
peccato-
on ritè
ductio,
nisi E.
endum
vissima
delictis
dentini
iterum
ppone-
n 277.
nus: sed
aliquan-
ti homi-
nplerent,
m, quam

i magna
pœni-
el pos-
anudu-
doctri-
cul du-
bio